Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



riens tam ipse quam omnis
qui cum eo fuerant cecitate
sunt percussi et quasi amen
tes effecti. pauimento sunt
prostrati. Hoc solum in
ipso remansit uirium sicut
ipse nobis dixit. ut recolli
geret reliquias capsam re
clusit. super altare posuit.
atque in crucis modum se
prostrauit. fusis precum
lacrimis. a domino ihesu xpo et
a sanctis eius flagitantes au
xilium. atque inter longa
suspiria uires receperunt
partter et uisum. Res mi
ra. et ualde nostris temporibus
stupenda. Quid nos ulti
mi dicere possumus? Et si
cum oculis carneis uidere
digni non sumus. sequamur
illum toto cordis ac mentis
affectu. ut eum in regione
uiuentium uidere merea
mur. ut quo ille intrauit.
cum gloria cum fide recta
spe firma caritate perfecta
sequi mereamur. Hec ergo pau

ca de pluribus que habemus
ob reuerentiam sancti martiris Qui
rini sicut a maioribus acce
pimus scripsimus. cuius patro
cinio nos saluari confidi
mus. Prestante domino nostro
ihesu xpo qui uiuit et regnat deus.
per omnia secula. s. Amen. Incipit passio s.
Marci et Marcelliani

Clarissimis
uiris Mar
celliano et
Marco du
obus germanis
fratribus pro xpi nomine in uin
culis constitutis beatus Seba
stianus cottidie solatium exhi
bebat. et tam ipsis quam seruis
eorum cum quibus tenti fu
erant salutaria fidei consi
lia ministrabat. quibus fu
gitiua sancti blandimenta res
puerent. et momentanea
tormentorum genera non timerent.
Quique cum beatissimis con
solationibus acquiescerent et ue
bera carnificum animo perse
ueranti transirent. capita